

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst uwzględniający wersje sandomierską i krakowską

Rękopis Biblioteki Wyższego Seminarium Duchownego w Kielcach, sygn. RK 45/28, k. 97v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 14

[14] C[apitulum] XIII. Si^a aliquis dicit uxorem et si vir de hac luce decedit, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provisionis pro eius vita in iudicio bannito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie observare. Et cum moritur, ad heredes revertitur sui mariti. Quod si maritus mulieri nil in suis bonis dederit, in possessione bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, quousque in viduitate et sine marito voluerit permanere. Si vir oves habuerit, quas mulier ad suppelletilia recipiet. Et pueri vellent mulieri dotalicium infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptem^b, qui tunc presentes fuerunt. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex hiis exhereditati fuerunt, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate patris sunt, recipiunt bona et non, qui exhereditati sunt, sed hereditatem vendere non possunt absque heredum consensu. Hii pueri, qui in potestate patris mortis tempore fuerunt, si ex hiis unus moriatur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam exhereditati, quam domestici.

<de viduis quomodo sunt foveri c>

^a ozdobny iniciał S wysokości dwóch wersów, in rubrum; ^b metvii; ^c na górnym marginesie ręka komentatora, foveri odczyt niepewny

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódem, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]